

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 1: De humilitate (5)

Dixit abbas Motois:

→ Humilitas nec ipsa irascitur, nec alias irasci permittit.

Basilus:

Humilitas est si quando peccaverit in te frater tuus,  
antequam peniteat indulgeas.

Item dixit:

Humilitas est, si quando peccaverit in te frater tuus,  
antequam poeniteat, indulseris ei.

Unde humilis non irascitur, nec alias permittit irasci.

← Pelagius, *Verba seniorum*, 13.11-12 (PL 73, col.1037A).